Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



42

In qua sibi laus est ceua. Secundum Lucam.
In illo tpe. pastores loquebant ad inuicem. Transeamus usq; bethleem et videamus hoc uerbum quod factum est quod dominus ostendit nobis. Et uenerunt festinantes inuenerunt mariam et ioseph et infantem positum in presepio. Uidentes autem cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt de his que erant dicta a pastoribus ad ipos. Maria aut conseruabat omnia uerba hec conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deum in omnibus que audierant et uiderant sicut dictum est ad illos. Credo in unum deum offertorium. Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur pata sedes tua deus ex tunc a seculo tu es. Secreta. Munera nra quesumus domine natiuitatis hodierne mysteriis aptata perueniant ut sicut hominis generatio idem et filii sit deus sic nobis hec terrena substantia conferat quod diuinum est per eiusdem. Aliud. Hanc igitur oblationem munera dignanter oblata et hec anastasie suffragantibus meritis ad nre salutis auxilium peruenire concedas. Per ihsum. Quia per incarnatum. Que cotidie dicitur usq; in ihsum dnm et melodia modia dicatur. Sanctus et agnus dei. Comm-